

ויליתות: h. e. vitia summè execranda ac vilipendenda, ut sunt fraudulentia, hypocrisis, arrogantia, &c. Optimè autem hæc videntur exponi posse per oppositionem versus secundi: defecerunt fidelitates è filiis hominum: & , evebantur vilitates (Leichtfertigkeiten) inter filios hominum. Luth. olim: Wenn unter den Menschen-Kindern die Losen erhöhhet werden. Imo hæc scoriæ aut spuma non malè opponuntur argento verbi depurgato atque pretiosissimo. Descendit à ויליתות vilipendere (in Kal. Jes. XLVI, 6. Jerem. II, 36. in hiph. Thren. I, 8. honorantes eam ויליתות hinc v. u. fuisti ויליתות vilis; & Jerem. XV, 19. si distinxeris pretiosum ויליתות à vili:) & reperitur tantum hoc locò, aliàs ויליתות est comestator: Deut. XXI, 20. Prov. XXIII, 21.

ויליתות in filiis hominum: i. e. inter homines. Vide vers. 2.

USUS PRACTICUS E VERSU II.

(1) Salus omnis à Deo impetranda unice, frustra igitur eandem quarimus in sagacitate vel prudentia viribus propriis, in patronis, &c.

(2) Salus vera atque optima est, qua à Salvatore proficiscitur humani generis, Jesu Christo.

(3) Post primam imaginis divina jacturam verè demum inundavit per universum orbem pravitas plenaria: Sap. II, 23. seqq.

(4) Decedentibus piis majoribus, ingravescere solet effrenis juniorum licentia: Jos. XXIV, 31. Jud. II, 7.

(5) Ingens proinde in ecclesiâ, politia, nec non œconomia ex morte senum piorum jactura.

(6) Pietas, fides, integritas egregia sunt hominum ac rerum publicarum ornamenta.

(7) Culpa presentis atheismi inepte devolvitur in Evangelii doctrinam, quid verò aliud ultima hæc ferunt ex se tempora? Matth. XXIV, 12. Luc. XVIII, 8. Quotnam anime restabant Noachi tempore? Genes. VII, 1. 1. Pet. III, 20.

USUS E VERSU III.

(1) Vaniloquium & falsiloquium deforme sunt adversus VIII. præcept. vitium.

(2) Cor nostrum sit uniforme, in unicâ & simplici veritate unice fundatum.

(3) Blanditiæ ex officinâ draconis antiqui proficiscuntur: Gen. III, 2. seqq.

USUS E VERSU IV.

(1) Excisio blandiloquorum seu adulantium tam in hoc, quam in futuro seculo est inevitabilis, quando mollibus verbis, sive ad errores in religione, sive ad vitia morum, abripiuntur simplices.

(2) Jactantia ambitiosorum, vitium & I. & VIII. præcept. vid. Psal. LXXIII, 9. & Matth. XV, 6.

PSALMI XII. DISPOSITIO.

Desertio gratiæ. Obliviscere? illumina.

Præmittitur I. tristis Psaltæ conquestio de (a) diuturnitate oblivionis sui vers. 2. (b) de occultatione faciei div. ibid. (c) mœstitiæ fluctuantis profunditate: vers. 3. (d) de hostium insultatione: ibid.

Sequitur II. petitio: ut Deus (a) inspiciat, vers. 4. (b) exaudiat: (c) oculos Davidis

USUS E VERSU V.

(1) Ridicula est hominum in nugacitate confidentia, quid lingua valebit, frenante eam morbo vel infortuniò alicui? quid si eidem non detur auris vacua?

(2) Ridiculi non minus sunt etiam Independentes, qui nullum pati volunt vel Inspectorem vel Judicem; contra expressum quarti præcepti subordinationis ordinem.

USUS E VERSU VI.

(1) Pernicies gemitusque personarum miserabilium apprimè penetrant cælum, Deumque ad vindictam proritant. Timeant sibi ab his quilibet in autoritate constituti, ne inauditos à se repellant, dicta ipsorum insuper habeant, & causas pervertant, &c.

(2) De Dei surrectione, hoc est, notabili rerum commutatione auxiliique acceleratione, passim.

(3) Tempore quidque suo peragit Deus. Coh. III, II. ita & b. l. Nunc surgam &c.

(4) Quem Deus salvum præstat, is in & cum Deo securè hostem despicit. L. de fiduciâ seu sanctâ magnanimitate, Sir. II, 2. 1. Pet. IV, 12.

USUS E VERSU VII.

(1) Magna est mortalium dignitas, quod in ipsorum gratiam Deus loquitur.

(2) Verba Dei non sunt hominum more fucata, v. 3. sed munda, sincera, constantia.

(3) Nil affingendum Dei verbis quoad voluntatem signi & beneplaciti: vid. de ampliat. gratiæ contra Calvin.

(4) Qui verbis Dei innititur, is ipsi innititur veritati.

(5) Absint à Dei verbis omnes humanarum additionum scoriæ.

(6) Ignis tentationum expurgat pravos hominum de Dei verbo conceptus. Conf. Jesa. I, 22. Prov. XXX, 5. Psal. CXIX, 127.

USUS E VERSU VIII.

(1) Deus semper & sua verba, & suorum verborum studiosus, conservavit à corruptione, ipse igitur assidue invocandus. Joh. XVII, 15.

(2) Generatio malignorum, seu civitas Satanae, erit ad mundi usque finem. Orandum ergò studendumque anxie, ut à mundo servemur immaculati: Jac. I, 27.

USUS E VERSU IX.

(1) Incrementum malignorum hominum est ex eversione vilitatum: h. e. ubi vitia nomen consequuntur virtutum, ibi virtuosos pedetentim exterminantur.

(2) Accuratè igitur discernendum à vili pretiosum, ab immundo mundum, ab agro sanum. Sic in promotionibus ad officia, sive ecclesiastica sive politica, magnâ opus circumspeditione, ne sensim irruat matorum colluvies hic descripta, vid. Psal. CI, 6. 7.

illuminet: (d) mortis somnum avertat: (e) hostium supplantationes sarcasmosque impediatur: vers. 5.

Concluditur III. spe filiali. (a) confido in tua benignitate: vers. 6. (b) gaudeo de tua infallibili salute: (c) cantabo de Dei liberalitate. ibid.